

**De sancto**

suprauit. Non ergo regni sui anno: etatis vero. xxxviii. rex merciorum qui antecessorem suum penerat ipse in prelio occidit. et caput cum manibus et brachijs ignominiose in stipite suspendit qui postea multis clauit miraculis. **S**colasticus quidam bona dicens et mala faciens ad extrema perducitur vidit se ad inferos duci: inuocat auxilium sancti Oswaldi. Et allata sibi particula pali in quo caput Oswaldi cum manibus pendit et in aqua benedicta posita et ex ea potat vitam obtinuit et salutem

**De sancto wolfgango episcopo.**

**Wolfgangus nati**

One qui de almanis: genere vero ingenitus ab ipsis infantie rudimentis deum fontem vite ficiens et spiritu sancti gratia illustratus quibus mundi amatoribus videretur contempnibilis: magna tamen meritorum prerogativa eminere cepit. Nam reuera necessesse est ut quem mundus odit diligatur a deo sanctos viros in hoc seculo constat peregrinos esse ac hospites. Unde et reprehenditur Petrus quod tabernaculum in monte fieri cogitauit: quod sanctis in hoc mundo tabernaculum non est quibus patria et domus in celo est. Sancti vici funditus seculo renunciantes ita huic mundo moriuntur ut soli deo vivere delectentur. Quantoque ab huius seculi conuersatione se subtrahunt tanto interne mentis acie presentiam dei et angelice societatis frequentiam contemplantur. Qui enim renunciat rebus suis sua abnegat. Qui vero renunciat moribus prauis: semetipsum abnegat. Hoc adimpleuit beatus wolfgangus. Primum autem inter canonicos laudabilem et castam vitam duxerat. deinde artibus regulis implicari desiderans in suevia apud cenobitas qui solitarij vocantur monastice vite normam profectus est. In qua quanto rigoris qualibet obseruancia vixerit. et virtutum suarum exitus et ostense sibi diuinitatis visionis patefecit. Nam cum be-

**Wolfgango**

atus wolfgangus adhuc in solo paterno positus peregrinari pro amore diuino affectaret. et huiusmodi desiderijs sanctorum se suffragijs iugiter commendaret beatus christi profectorem. **O**thmarum cui se suaque frequentissime commendabat sibi in somnis astare videbat: quem iussus ab eo intendere huiusmodi accepit verba. Quia rogatus a te rogavi deum pro te: manifesto tibi nunc futura quedam prospera et inops de hac prouincia egressus: sed in alia in qua pro amore domini exulabis episcopatum caducis rebus sanis locupletem predestinatione diuina suscepturus eris. In cuius administratione si fidelem te exhibueris expletis viginti duobus annis vitam transitoriam eris exiturus et eternam ingressurus. Et hoc proculdubio te scire volo quod animam tuam conditori reddidurus es in loco ubi sub nomine christi a christianis memoria veneratur et colitur. **Q**uo me in hora exitus tui de egipto huius mundi spero aduenturum cum ceteris quos de caeli uibus supernis ad te venturos consolatorum res habere merentur. **S**anctus igitur wolfgangus hac visionis reuelatione preceptus ac misterij archano composito eo amplius quocertus circumspectus intendebat aciem mentis in speculum diuine contemplationis reputans atque iugiter secum reuoluens qualiter pro salute aliorum et animarum promissarum remedio sibi a domino concessum diuiplicaret talentum: ut pauca fideliter custodiens fideli remuneratione super plura constitueretur. **Q**uius rei gratia monasterium et monachatum deserens imo per apostolum maiora emulari celsitate cupiens per almaniam deuenit exul in noricum: ad cuius orientalem partem cum humili comitatu pretendens predicandi gratia panonie petijt consinia equa per dilectum patauensem episcopum euocatus pie ut decuit humanitatis ab eo suscipitur: fouetur officio. **A**pu'd quem etiam rogatus et iussus mansit aliquot diebus. **H**oc inter cetera prudenti secum tractans mente: qualiter prohibitis sit ab adducenda ad deum